

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere  
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem  
libros partitum**

**Marulić, Marko**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 M 1298**

de exhortationibus ad patientiam martyrii. c. 20.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35578**

patientia autem opus perfectum habeat, vt sitis perfecti & integri, & in nullo deficientes. Ipse etiam apostolorum caput Petrus. Communicantes Ch̄ri passionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriae eius gaudeat is extultantes. Vas electionis Paulus non solum gaudet, sed etiam gloriae. Gloriamur, inquit, in tribulationibus, sc̄ientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit, quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et iterum ait. Libenter gloriar in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virius Christi, propter quod placet mihi in infirmitatibus meis, in contumelias, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Gaudent ergo atque etiam gloriantur in pressuris huius mundi omnes sancti, & nos dolebimus. Doleat qui diffidit, gaudet autem & gloriatur, qui spem suam in deo collocauit.

### De exhortationibus ad patientiam martyrum. Cap. XXI.

**Q**uod si milites suos rex ipse caelestis non in delicias & voluptates huius seculi, sed in conflitum & certamen saevientium persecutionum destinabat, ut vincentibus inseparabilis boni donatum distribueret, profecto ad militiam eius nullo modo pertinere poterit, qui non ita se subiecerit, ut protinus veritate nec supplicia nec mortem subire recusat. Is demum Christo militat, qui semper mundi turbinibus quatitur, & nunquam superatur, dicente ipso domino. In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum. Quando hic qui vicit mundum, seruos suos confidere iubet, nullus de victoria futura dubitandire linquuntur locus. Quia enim virtute ipse vicit mundum, eam adversus persecutions certantibus nobis commodabit, ut vincamus. Immittent vobis, inquit, manus suas, & persequentes, tradentes in synagogas & custodias, trahentes

1. Pet. 4.

Roma, 5

1. Cor. 12

Ioha. 16.

Luc. 21.

# De charitate Liber VII

501

ad reges & præsides ppter nomen meum . Ne autem terre  
amur subdit , Et ego dabo vobis os & sapientiam , cui  
non poterunt resistere & contradicere omnes aduersa-  
rii vestri . Demum ut proposito præmio ad omnia per  
petienda magis alacres redderet , ait , In patientia vero  
possidebitis animas vestras . Hoc est enim quod alibi  
dixit . Qui perdiderit animam suam in hoc mundo , in  
vita æterna inueniet eam . Possidere ergo animam est ,  
non hic , sed in æternitate viuere . Omnis quippe posses-  
sio in præsenti dubia est & incerta , in futuro autem e-  
rit stabilis & perpetua . Quodvt luculentius intelligas ,  
rursum ille alibi ait , Beati qui persecutionem patiunt  
propter iustitiam , quoniam ipsorum est regnum cælo-  
rum , beati estis cum maledixerint vobis homines , & per  
secuti vos fuerint , & dixerint omne malum aduersum  
vos mentientes propter me , gaudete & exultate , quoni-  
am merces vestra copiosa est in cælis . Quam certe mer-  
cedem si altra mente considerabimus , terrena omnia faci-  
le contemnemus , neque omnino quicquam toleratu gra-  
ue videbitur , quoties bona quæ pro malorum perlatio-  
ne compensanda sunt cogitabimus . Immensa enim & in-  
effabilia sunt illorum bona , de quibus in Apocalypsi dicitur .  
Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna , & lauerunt  
stolas suas in sanguine agni , ideo sunt anno throni dei , &  
seruiunt ei die ac nocte in templo eius , & quod sedet in thro-  
no , habitabit super illos , non esurient neque sitient amplius ,  
neque cadet super illos sol , neque ullus æstus , quoni-  
am agnus qui in medio throni est reget illos , & deduc-  
cet eos ad vitæ fontes aquarum , & absterget deus om-  
nem lachrymam ab oculis eorum . Taliæ secum medita-  
batur Paulus , cum diceret , Et satiari & esurire , & abundare  
& penuriam pati , omnia possum in eo qui me con-  
fortat . Hinc est quod de illo in gestis Apostolorum  
legimus , Cum prophetante Agabo discipuli eius didi-  
cissent ipsum Hierosolymis vincula passurum , & ani-  
mo consternati rogassent , ut supersederet illo profi-  
cisci , Quid facitis respondit , flentes & affigentes cor-  
nicum ; ego autem non solum alligari , sed & mori-

Lucæ. 21.  
Matt. 10.

Matt. 5.

Apoc. 7.

Philip. 4.

Actu. 21.

in Hierusalem paratus sum propter nomen domini Iesu. Non est ergo suor um lachrymis motus, non mortis periculo deterritus, ut a proposito desisteret, tanto amore flagrabat Christum omnibus quibus poterat euā gelizandi, decernens non ante a prædicatione eius cessa re, quam in corpore viuere cessasset. Neq; solum Paulus, qui plus omnibus laborauit, certum ac delibera tum id habuit, sed plane omnes illi, qui supplicia necque pati maluerunt, quam fallacibus dijs libamen ta offerre.

Verba sanctorum martyrum ad  
tyrannum in ipsos fæuentem,  
Cap. XXI.

**Q**uid enim aliud dum torquerentur, tacendo ad infidelem tyrannum dicere videbantur, nisi vre, tunde, diuelle, lania, idola tua nō adorabimus, Christum autem dei filium confitemur, cū patre & spiritu sancto unum deum, unum dominum. Potes corpora ista Cæsar cruciatibus absumere, facere yō ut aliud sentiamus aut loquamur non potes. Dū modo hac in parte fortitudo nostra tuę præualeat, iuuat in illa qua te potentiorem existimas, nos esse imbecilles atq; imbelles. Quo enim magis nos affligis gratusq; excrucias, magis vita æterna dignos efficis, & dum nocere arbitraris, prodes. Tua fæuitia, nostra est gloria. Cum nos interficere credas, carcere isto corporis liberas. Vnde soluti de terra, tollimur ad cælum, & pro patientiæ virtute a domino coronamur: non corona sicut est tua peritura, sed nunquam deficiente, nunquam defutura. Libet itaq; abs te interimi, vt viuamus cum Christo, quem nulla vi nobis potes auferre, neq; nos vlla quæstione. vlo tormentorum genere a charitate eius separare. Hoc te frustra prorsus conatum scies, cum etiam ipsa postrema in mortem anhelantiū voce Christum inuocari, Cristum glorificari audieris, & tunc demum te victum senties, sed fateri pudebit. Nos